

faciet prelium cum reliquis de semine mulieris¹, expellens forsitan et occidens filios ecclesie, duos testes², furore succensus^a, pro eo quod^b mandata Christi vicarii custodiant^c et non sua sicut ceteri^d draconem ipsum et bestiam — catervam sibi^e obedientium — adorantes³. Diligentes ergo mundum et que eius^f sunt sapientes⁴ ad se incredibiliter^g attrahet et faciet, ut, qui in^h gladio occiderit verbi Dei, erroris sui gladio feriatⁱ.⁵ Ex^k hoc loco datur intelligi, quod alii^l contra ipsum insurgere^m conabuntur turbantes regnum et populos externos animantes. Set quia nondum regni velⁿ ecclesie rubigo consumitur⁶, in brevi de eis tamquam dissolutis^o viribus ulciscetur^p. Unde Ieremias⁷: *Perdix fovit que^q non peperit, fecit divicias et non in iudicio, in dimidio temporis perdet^r eas, et in novissimo suo erit insipiens*. Perdix ista^s posterus tuus est^t, vel quia perdet plurimos, vel quia in fine^u ipse perdetur. Incautus enim^v et hostilis familiaritatis elusus^w bellum dolebit merito^x intestinum^y.⁸ propter quod de Ytalie partibus non minus furibundus quam stupidus redire cogetur^z in regnum, facturus in draconis astutia illa seva, que forsitan^a, nisi experta fuerint, non credentur. Gemat in hoc generalis ecclesia, quia enormem filium pariens illius necesse est sub pressura tabescere, sub quo predam didicerit^b capere et quasi leo leunculos proprios^c devorare⁹. Attende,

a) 'accensus' B. b) 'qui' B. c) 'custodiens' B; 'custodient' R.
d) 'et cet.' R. e) 's(cilicet)' R. f) 'et ea que mundi' R. g) 'indicibiliter' R. h) 'ut quasi' R. i) 'feriantur' R. k) 'Set' B.
l) 'int. qui aliqui' B. m) 'surgere' V. n) 'nond. gnal' (generalis) R.
o) 'de diss.' R. p) 'illiscetur' R. — 'Unde et' V. q) 'quem' B. r) 'in medio dierum suorum derelinquet' R nach der Vulg. s) 'hi' R. t) 'est' fehlt V. u) 'quia finaliter' R. v) 'est' B. w) 'fam. arte delusus' R.
x) 'in utero' R. y) 'intestino' V. z) 'cog.' am Rande ergänzt, wo im Text getilgtes 'in mundum' folgte, V. a) 'forte' R. b) 'didicerit' R; 'didicit' B. c) 'leunculos pps (populos)' R.

1) Apoc. 12, 17: 'Et iratus est draco in mulierem et abiit facere proelium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei'.
2) Vgl. oben S. 156, N. 3. 3) Apoc. 13, 4: 'Et adoraverunt draconem, qui dedit potestatem bestiae, et adoraverunt bestiam'. 4) Matth. 16, 23 (Marc. 8, 33): 'quia non sapis ea quae Dei sunt, sed ea quae hominum'; Joh. 2, 15: 'Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum'. 5) Apoc. 13, 10: 'qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi'. 6) Ezech. 24, 11: 'consumatur rubigo eius'.
7) 17, 11. 8) Das sind Worte der kürzeren Sib. Erithea, N. A. XXX, 333. 9) Ezech. 19, 3. 5. 6: 'leo factus est et didicit capere praedam hominemque comedere . . . tulit unum de leunculis suis . . . et factus est leo et didicit praedam capere et homines devorare'. R am Rande: 'Eze. XX'.